eius contentationis quoniam sit necessarium, bini recognoscenti cum successoribus suis sa
tisfacere debeat, nulla contradictione eorum in premissis non obstante

Therlieczki arendat alio

Stans personaliter coram officio et actis presentibus Nobilis olerbno [illegible] Ther
liczki, iure et foro suo proprio quibus in hac parte renuncians, Suis vero omnium
personis se successores cum bonis et successoribus in toto quo ad effectum infrascriptorum
attinet incorporando et subijciendo, Sanus mente et corpore existens publice re
cognovit quia Nobili Heinricho Therliczki Szymkowicz et successoribus
eius bona sua hereditaria videlicet curiam dictam Heinczkowska in villa Nosow
sitam, item duos cmetones prenominatos, unum Halko Thelesnik et
alium Iwan Othawicz in villa Luborhow existentem, Cum omni iure dominio
et proprietate ac cum omnibus attinentiis, pertinentiis, fructibus, proventibus, laboribus
ac generaliter omnibus utilitatibus nihil sibi ac suis successoribus ex eis predicto
rum bonorum iuris et usufructuum reservando et excipiendo, sed ita prout ea
bona solus tenebat, hinc ab actu recognitionis inscriptionis presentis ad decem
sex annos continue et immediate sequentium, hoc est ad
festum Conversionis Sancti Pauli apostoli in anno domini Millesimo quingen
tesimo octuagesimo sexto proxime venturum, pro summa quinquagin
ta florenorum pecunie monete Polonicalis, id ab ipso recepta et integraliter
levata, de qua eundem Nobilem Heinricum Therliczki et successores eius quie
tat et liberum a successoribus eius facit perpetue, Arendavit et nomine
arende inscripsit prout presentibus arendat et modo arende in
scribit, Immo ex nunc coram officio presenti in bona superius specificata
arendata dat et dedit realem intromissionem ad actualem et pacificam possessionem
et in bonis prenominatis dabit et admittere promittit et Nobiles presen
tes ab omni parte adeo, se successores super bonis suis omnibus inscribit sub
vadio summe quinquaginta florenorum pecunie monete Polonicalis quod prefatum
Nobilem Heinricum Therliczki Szymkowicz vel successores eius bo
na predicta arendata tenere habere possidere cum omni et supremo
iure dominio et proprietate et omnibus suis utilitatibus ad festum
predictum Conversionis Sancti Pauli apostoli in anno domini Mille

simo quingentesimo octuagesimo sexto venturum, Quod ultimum terminum
debebit presentibus recognoscenti ac successoribus suis quos sequitur super
omnibus bonis suis inscribit eundem Heinricum Therliczki vel successores eius
in bonis prescriptis arendatis et circa eorum ab omni quavis turbatione
impetitione seu quacunque, Necnon ab omnibus personis prioribus et
posterioribus facit et tenebitur quoniam sit necessarium tueri et bona
eadem eisque ad hoc tempus expressum arende semper munda et libe
ra facere, Nec ac aut iure in iure acquisito, seu quovis modo pacifica posses
sione expedire et adimere sub vadio simili summe quinquaginta
florenorum pecunie monete Polonicalis. Preterea hic idem olerbno recognoscens
quoniam se successores super omnibus bonis suis inscribit banc inscriptionem ex his
actis ad acta terrestria Premisliensia ante decessum eius quum in bac
vel meliori verborum forma transportare sub vadio similis sum
me quinquaginta florenorum pecunie monete Polonicalis in casu non completionis omni
um premissorum ad solvendum succumbet. Pro quibus vadio seu vadiis sus
tinebit quoniam se prenominatus recognoscens vel successores eius eundem Heinricum
aut posteros eius ad officium presens castri Premisliensis citare voluerit,
Idem iure foro suo proprio hic renuncians coram eodem officio [illegible]
se successores cum bonis omnibus quo adcorrespondendum subijcit in primo
citationis termino stare parere in [illegible] ac predictis satisfacere
tenetur et successores tenebuntur, Nulla ulterius occasione premissorum
vera vel simplici infirmitatis actione, maiori bello expe
ditione bellica incursu hostium, Aura pestifera, cuiusvis de
functi actu, ac legalibus impedimentis quibuscunque afferendo, Ad qui
etationem terminum non petendo, pena tum vigore et tripliciter pena vadia
et vadia non evadendo, Motionibus appellationibus exceptionibus proro
gationum Cautionibus protestationibus Aresttationibus iuris remediis
non obstantibus abrenunciando. Et nihil sibi cum successoribus in aliquo
casu contra inscriptionem eiusque effectum reservando, sue et suorum suc
cessorum sub amissione cause videlicet luitionem vadij, Quo solutionis
inscriptionem presentem eo quoniam sit necessarium satisfacere erit
astrictus cum successoribus suis, Nulla contradictione sua obstante